

propellit caeditque, habens tibi debita rata;
 et tua victores sors accipit. hinc tibi fortis
 teque duce invictae attollunt signa cohortes.
 30 undique te comitata dei pia numina summi
 omnibus ultorem praebent, et iura fidemque,
 alme, tua spectant. respondent omnia votis.
 undique pakatis salvator maxima rebus
 gaudia praestabis, dabis otia victor in orbe.
 35 virtutum meritis vicennia praecipe vota.
 saeclorum crevit gemino spes Caesare certa.
 tuque, o sancte parens, olim post mille tropaea,
 o lux Ausonidum, dispone sceptr'a nepotum.

XVII + XVIII

XVII <PRAEFATIO>

Sunt septem numero pares ac lege metrorum
 consimiles versus. genus est quae Musa Maronis.
 his proprium sentire subest; mens sufficit uni.
 iure suo sibimet cedunt: alios tenet ortus
 5 alterius finis, lector. qua littera monstrat
 directi, dociles nunc sistere tramite cursus,
 nam quemvis medium venientis semita sulcat.
 si verbum textum pertemptes ore Latino,
 in sese alterno conectens ordine versus,